



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 9. Res Orientis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

vacantis Imperii Regem Robertum vo- Sæcul. XIV.
luit hujus Vicarium in Italia secundum A.C. 1313.
res profanas esse, quamdiu Summæ Se-
di placeret. Dabat 14 Mart. 1314.

§. IX.

Res Orientis.

Catalani sub signis Friderici Arrago-
nii Siculorum Regis stipendia meriti
in Græciam transferant militatum con-
tra Turcas: deinde arma sua verterant
in Græcos ipsos, ac denique adversus La-
tinos Achajæ ac Moreæ incolas. Æ-
gerrime id ferens Papa Nicolaum Pa-
triarcham Constantinopolitanum jussit
monere Catalanos, ut omisso hoc bello
viribus suis potius uterentur in ethnicos
schismaticosque, alioquin anathemate
ferendi. Epistola scripta fuit 14 Jan.
1314. Sed nullum illius effectum cer-
nimus.

n. 8. 9.

Cum Græci Constantinopolim reci-
perent, Patriarcha Latinus erat Panta-
leon Justinianus, qui fuga Italiam petiit.
Sed quia quædam in Romania terræ *Sup. lib. 85.*
subjectæ Gallis manebant, Summi Pon- *§. 10.*
tifices pergebant creare Constantinopoli-
tanos Patriarchas Latinos. Post Justi- *Ducange*
nianum invenitur Cardinalis Hugolinus *hist. C. P.*
Malebranchius anno 1291 extinctus; *p. 224.*
tum Petrus confirmatus ab Honorio IV,

E 2

&c

Sæcul. XIV. & mortuus anno 1301. Leonardus Ve-
A.C. 1313. netiis ad S. Bartholomæum Parochus
 ultimo die anni 1302 Petro successit jus-
Extrav. S. su Bonifacii VIII, a quo præterea Cre-
Rom. de tensensem archiepiscopatum, ubi resideret,
elect. & unde viveret, accepit. Pari modo, ut
Rayn. 1314. Patriarcha Nicolaus dignitatem sustine-
n. II. ret suam, Clemens V ei Chalcidis epis-
 copatum contulit, quem cum patriarcha-
 tu Constantinopolitano in posterum con-
 junctum voluit.

n. 12.

Vading.
1309. n. 2.
Baluz. vit.
to. 2. p. 139.
to. 1. p. 656.

Eadem ex ratione Petrum Plano-
 cassagnium retinere Rhodium episcopa-
 tum iussit, cum illum faceret Patriar-
 cham Jerosolymæ. Hic Præsul erat ex
 Ordine Fratrum Minorum, & ab an-
 no 1304 Episcopus Rhodius. Papa
 eum ut Legatum misit in Palæstinam,
 ac Regi Philippo Pulchro per epistolam
 6 Jan. 1309 datam commendavit, ut il-
 li episcopatus sui bona & redditus re-
 gio sub præsidio permanerent salva.
 Petrus tanquam Legatus Hospitalariis
 Rhodum occupantibus præsens fuit, &
 Rhodi mortem oppetiit anno 1318.
 Præsules autem patriarchatus titulo in-
 signes altiore, quam Archiepiscopi,
 gradum tenebant.